UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1682. usque ad annum 1690

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1781

VD18 90119231

§. 14. Ejusdem Regis studium erga fidem Catholicam.

urn:nbn:de:hbz:466:1-67608

Visual Library

Sæc. XVII. A.C. 1686.

ne vero exulcerati, & fanatico ſecta ſuæ ſtudio abrepti homines ex ſuppli ciorum ſeveritate rebellandi obtentu quærerent, hinc Rex clementia ute dum ratus, cunctis, qui Monmuthen conſpirationi impliciti erant, crimin veniam indulſit, exceptis iis, qui ext Regni fines degerent: nihilominus ſe ditioſiſſimus Præco Johnſonius, q ante aliquot annos contra Eboracen ſem Ducem librum, cui titulus: *Ju lianus Apoſtata* edidit, novo ſcripto Bell duces ad excutiendum Regis obſequi ſollicitavit, deprehenſus tamen ter i fami palo affixus per urbis plateas v gis cæſus eſt.

§. XIV.

Ejusdem Regis ſtudium erga fid Catholicam.

Rapin Thoir. Hiſt. d' Angl. t. 10. l. 24.

Hoc periculo defunctus Rex prim eo curas impendit, ut religione Catholicam ex avita ſua poſſeſſione in quiſſimis auſibus eliminatam in Angl Regnum reduceret; hunc in finem r gentibus non paucis, Londini Sac lum in Catholicæ Religionis uſum e ſtrui, atque in eo die vigeſima oct Martii ſacra primum fieri juſſit, auct que indies Catholicorum numero S cerdotes & Monachos patria extorr

revo-

revocavit, ex quibus Monachi ſuorum Ordinum veſtes induti, Wittehaliæ & in Palatio S. Jacobi palam incedebant: quatuor etiam Epiſcopi in Regis Sacello inaugurati fuere, qui tanquam Vicarii Apoſtolici ad ſuas Diæceſes emiſſi ſunt, præcipua etiam Regni munia, ac negotia potiſſimum a Catholicis adminiſtrabantur. Inſuper ad exemplum Mariæ Stuartæ Reginæ Rex datis ad omnes Pſeudo - Epiſcopos literis præcepit, ut inferiori Clero inhiberent, ne controverſa fidei capita in ſuis ſermonibus agitarent, eoquod illis nonniſi inter ſectas antiqua foverentur jurgia; huic tamen mandato ſeptem præcipue Prædicantes vehementer obluctabantur: nihilominus Rex die decima quinta Maij edictum in omnibus totius Regni Eccleſiis promulgandum ad Cantuarienſem Epiſcopum transmiſit, ac ſequentia deinceps in Religionis negotio a Prædicantibus obſervari præcepit. I. Prædicantes in concionibus ſuis a quæſtionibus de jure Regis aut populi, omnibusque ſummi Imperii juribus abſtinerent. II. Capita Religionis Chriſtianæ, de providentia divina, æternoque electionis decreto, aliisque inde natis gravioris momenti Controverſiis, non attingant, aut certe, ſi res id poſcat, nonniſi magna animi moderatione, id

faciant,

Sæc. XVII.
A. C. 1686.

faciant, & Anglicanæ Eccleſiæ doctri-
nam contra adverſarios abſque om-
acerbitate defendant, & tueantu-
III. Populum ad pietatis uſum, bon-
que opera, non minus exemplo ſu-
quam rationibus e S. Codice depro-
ptis, hortentur, eundemque. IV. jux-
ductum *Catechiſmi*, ut vocant, prim-
Chriſtianæ Religionis præceptis ſtudi-
erudiant, Præterea V. ex ſtudioſa j-
ventute ad concionandum non adm-
tantur, niſi qui ab Epiſcopis lecti
probatique eſſent. Denique VI. pop-
lus, propoſitis etiam pœnis, ad ſacru-
diei Dominicæ cultum adigatur, &
nefario rebellionis, nimis hodie co-
munis, crimine hac ratione abducatu-

§. XV.

Scharpii Prædicantis petulantia Rege repreſſa.

Hiſt. de Jacq. II. Mem. de la derniere re- vol. t 1. pag. 51.

Inſuperhabito hoc Regis edicto Scha-
pius Londinenſis Præco ad S. Æg-
dium in Eccleſia ad S. Annam juſto v-
hementius, ac contra omnes honeſta-
leges in Romanam Eccleſiam invehe-
præſumpſerat: paris delicti ſe reos f-
cere alii duo Prædicantes Tullius, &
Maminghamus: quo comperto Jacob-
Rex Henrico Northamptonio Lond-
nenſi Epiſcopo in mandatis dedit, u-
Scha-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN